



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 41. Ludovica Friderici Palatini Filia ad fidem Catholicam reversa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII.  
A. C. 1659.

## §. XLI.

*Ludovica Friderici Palatini Filia  
fidem Catholicam reversa.*

*Tuld. l. c.  
L. I. p. 135.*

Ingens hoc anno gaudium Catholicis accreverat ex conversione Ludovicae Hollandinæ Principis. Hæc Patrum habuit Fridericum Comitem Palatinum atque Electorem, qui post devictos rebelles Bohemos ad Belgas foederatos profugere compulsus, hanc Filiam illam suscepit; unde passim Ludovica Hollandina dicebatur, ab Elisabetha Jacobi I. Angliæ Regis Filia in Calvinianis erroribus enutrita; cum autem hujus sectæ falsitatem haud obscure cognosceret, Ruperti & Eduardi fratrum suorum, qui jam dudum ejurato Calvinismo fidem Catholicam amplexi fuerant, exemplis incitata, clam a sua matre anno priori secessit, atque in turris collocata datis paulopost literis eidem significari iussit, quod Catholicam religionem palam professâ sit. Postmodum die duodecima Maji hoc anno in Regio Parthenone Maubasiano, septem ferme leucis Lutetia dissito perpetuum Christo Sponso virginitatem vovit, inde demque inter Sacratas Deo Virgines residuum vitæ suæ tempus pie transegit.

§. XLII.